



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De puellis raptis nondum desponsatis. xxxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BYRCHARDI EPIS. VVORMAC.

consensu parentum suorum acceperint. Si quis autem rem habere voluerit, canonicè & legaliter eam accipiat & nō rapiat. Qui verò eam rapuerit, vel furatus fuerit, seduxerit nunquam eam vxorem habat.

De eadem re. Cap. XXXIII.

Ex cōcil. Meldēsi, cap. 10. **Q**VI verò deinceps rapere virgines præsumptorū vel viduas, secundum synodale beati Gregorij definitionem, ipsi, & complices eorum anathematizentur, raptores sine spe coniugii perpetuò maneant.

De his qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi. Cap. XXXV.

Ex cōcil. Chalced. cap. 27. **E**os qui rapiunt mulieres sub nomine simul habitandi, cooperantes autem & coniuuantes raptoribus, dicit sancta synodus, vt si quidem clerici sunt, decidant de gradu proprio: si verò laici, anathematizentur.

De puellis raptis nondum desponsatis. Cap. XXXVI.

Ex cōcil. Cabillon. cap. 27. **D**E puellis raptis necdū desponsatis in Chalcedonensi concilio scriptum est: Eos qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes & coniuuantes raptoribus decreuit sancta synodus, vt si quidem clerici sumantur, decidant de gradu proprio: si verò laici, anathematizentur. Quibus verbis datur intelligi, qualiter huius mali auctores damnandi sunt: quando participes consilium coniuuantes tanto anathemate feriuntur, & iuxta canonice autoritatē ad coniugia legitima raptas sibi iurē, vti care nullatenus possunt.

De raptis desponsatis. Cap. XXXVII.

Ex cōcil. Toletan. **P**roinde placuit, atque statutum est à sacro concilio, vt si aliquis sponsam alterius rapuerit, publica poenitentia mulctetur, & sine spe cōiugii maneat. Falsi ipsa dem crimini consentiens non fuit, licentia nubendi non negetur. Quod si & ipsi post hæc se coniungere præsumpserint, vtrique vsq; ad satisfactionē anathematizentur.

De eadem re. Cap. XXXVIII.

Ex cōcil. Anciran. ca. 10. **D**esponsatas puellas, & post ab aliis raptas, placuit dari, & eis reddi, quibus ante fuerat desponsata, & eis à raptoribus vis illata constiterit.